



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. Politia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

que Pannonios neque terram, neque aërem felicem habere, neque apud eos vitem, aut oleam nisi parcissimè nasci: maiorem hīc anni partem desæuire hyemem: indigenas hordeo, & milio viettare, atque inde potum parate quem *Zeum* vocant, sic *Strabo*. Probi tamen tempore mons Almus apud Sirmium vitibus consitus est opere militari. Quantūm hīc auri crescat, & quanti hīc bisontes dicemus in Admirandis. Canes Venatici hinc laudantur ab *Oppiano*, & *Nemesiano*. Pileos Pannoninos è pellibus in usum militum commendat *Vegetius*. Hanc quoque glandiferam regionem vocat *Plinius lib. 3. cap. 25.*

NVM. 4. Mores.

OMNES Pannonij fortis, ideoque feroce, & armiferi à Poëtis dicti. Subdolos fuisse innuit *Tibulus*: literatum amantes, & potissimum linguae Latinæ *Paterculus*: ad pugnam, cædēmque paratissimos *Herodianus*. Hīc mulieres laboris patientes, & operosas agnoscit *Aelianus*. Agros per cognationes possidebant, *Strabo*. Mortuorum corpora in stagna proiiciebant *Diog. Laertius*. Solem venerabantur, cuius imago, discus longiori hastæ præfixus.

NVM. 5. Politia.

GLORIOSI admodum Pannonij ob Agrianos qui egregiam Philippo, & Alexandro nauarunt operam, hi enim inter Pannonios numerati sunt: sed hīc *Appianus* Pæones cum Pannoniis confundit. Fuere Romanis terribiles ex quo Cornelium quemdam eorum Duce fuderunt, quare deinde nemo Magistratum Romanorum eos aggressus est, intactique ad Augusti tēpora persisterunt. Et tum quoque nulla apud eos iudicia communia, nulli Principes qui cæteris præcessent. Quare licet educere possent centum armatorum millia, numquam tamen magnas copias conscripsere, deficiente Duce. Hæc *Appianus*: apud quem & leges bella ibidem ab Augusto confecta, in *Illyricis Latinis*.

ILLY-	ILLYRI-	LIBVRNIA	IAPODES. LIBVRNI.
RI-	STRICTE	DALMATIA	AVTARIOTÆ. VARDIÆI.
CVM	SVMPTVM		SCORDISCI.
LATE	PANNO.	SVPERIOR.	
SVM-	NIA	INFERIOR.	
PTVM	DACIA	DACIA VERA	De quibus agemus
	MAGNA	MYSIA, seu	in parte alterâ hu-
		MOESIA	ius libri.
	NORICVM	VINDELICIA	De quibus egimus in Germaniâ.
	RHÆTIA		

CAPVT II.

Descriptio Geographica Illyrici.§. I. *Liburnia.*

NVM. I. *Iapodes*, la Croace & partie d'Istrie, & de Vindismark.

MARI-	Aulona, melius Aluona, cuius incolæ Albonenses Plinij, hodie <i>Albona</i> , Hermolao & Nigro.
TIMÆ	Flanona, incolæ Flanates, Blanona Antonini, seu Flanona, hodie <i>Fianona</i> . Ab hac nomen accepit Flanaticus sinus Plinij, Flauonicus Stephano, qui Polanicus est Melz à vicina vrbe Pola, & Liburnicus Orosio, hodie Carniuorus ob frequentia naufragia, vulgo <i>Quarnero</i> , seu <i>Karnero</i> .
VRBES	Tersatica: <i>Fiume</i> , ad Fl. <i>Oeneum</i> , malè <i>Hineum Fiume</i> . Senia: <i>Segne</i> , seu <i>Segna</i> . Lopsica, vnde incolæ Lopsi Plinij: <i>Lopisco</i> . Teaulus Fl. Plinio limes Iapodum: <i>Odria</i> . Ortopola, nunc eius vestigia, <i>Ortopola la Vcia</i> , ad Fl. <i>Tedani</i> um. Vegia: <i>Viza</i> , Nigro.

L1 ij